



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1628. usque ad annum 1634

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1778**

**VD18 90118871**

§. 2. Theologorum Consilium circa transigendi modum cum Protestantibus  
a Cæsare exquisitum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67394](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67394)

Sæc. XVII.  
A. C. 1631.

§. II.

*Theologorum consilium circa transgendi modum cum Protestantibus a Cæsare exquisitum.*

*Annal. Ferd.  
Khevenh.  
t. I. p. 1483.*

**I**ncassum Cæsar Principes Protestantes ac præcipue Saxonix Electorem tam literis quam Legatis ad eos missis ab armis, initoque fœdere dehortabatur, singulis demonstrans, quod edictum justissimis de causis fuisset promulgatum, Lipsiense autem fœdus omnibus Imperii legibus adversaretur. Deceverat insuper in Saxoniam Rudolphum Hegenmüllerum intimum Cæsaris Consiliarium, qui cum Saxone de Protestantium querelis pertractaret: Prevaluit tamen Cæsareæ ad pacem propositioni obfirmatum Austriacam Datum, Catholicosque opprimendi propositum: Spretis igitur monitis Ferdinandus iterato Electoribus, Ordinibus, urbibusque Imperialibus Aatholicis præcepit, ut Lipsiensi fœderi nuntium mitterent: Electores quoque ac Principes Catholicici conventu Dunchelspilæ habito Protestantes datis literis rogabant, ne novis turbis quæsitæ pacis consilia everterent, foresque in Imperii viscera Sueco Regi aperirent, sed potius in Francofordiensi Conventa



vel alibi cuncta, per quæ se contra pa- Sæc. XVII.  
 cem Religiosam lædi arbitrarentur, A. C. 1631.  
 per amicam compositionem remedium  
 præstolaturi exponerent. Verum irriti  
 erant horum conatus: Ex hac autem  
 pertinacia Cæsar probe prospexerat,  
 quod ejus animus ad pacem propen-  
 sus nonnisi ad clandestinas factiones &  
 consilia perperam verteretur, con-  
 temptamque suam auctoritatem, po-  
 tentiamque nonnisi ferro reparare, vel  
 Religionis incolumitatem fatali indul-  
 gentia redimere cogeretur, hinc pro  
 ea, qua eminuit, conscientiæ suæ pu-  
 ritate, priusquam circa reformationem  
 cum Protestantibus transigeret, Theo-  
 logis suis sequentes quæstiones deci-  
 dendas proposuit. I. Utrum, si in  
 proximo Mulhusano Conventu Prote-  
 stantes executionem edicti restitutorii  
 differri peterent, & Catholici ad de-  
 clinandum Imperii, Religionisque ex-  
 cidium eisdem cedendum esse arbitra-  
 rentur, Cæsar salva conscientia annue-  
 re posset? II. An rursus Imperator  
 tolerare valeret, si Protestantes bona  
 Ecclesiastica hucusque vi edicti recupe-  
 rata rursus sibi reddi urgerent, & Ca-  
 tholici (quod absit) annuerent. & III.  
 Si Catholici consentirent, ut bona Ec-  
 clesiastica a Saxone & Brandenburgico  
 occupata, eisdem ad certum tempus  
 Bb 3 con-



Sæc. XVII. concederentur, an Cæsar condescendere valeret. IV. Utrum ratum habere possit Imperator, si Catholici persuaderentur, ut Augustæ executio Edicti revocaretur? Postquam igitur Theologi hæc dubia serio ac diu discusserant, tandem deciderunt, quod Imperator ad evitandum majus malum, & forte extremam Religionis Catholicæ ruinam omnes hosce articulos permittere valeat.

## §. III.

*Unio inter Lutheranos & Calvinistas  
Præcones in Conventu Lipsiensi  
incausum tentata.*

*Gesser. Hist. Eccl. Calov. Hist. Syncret. l. I. c. 4. Vogel. Acta Coll. Lips. pag. 421.* Eodem tempore, quo Lutherani Præcones in Conventu Lipsiensi ad nova bella contra Catholicos classicum canebant, cum Calvinianis, qui tum suos Principes comitabantur, sectæ unionem stabilire, acerrimasque lites hæctenus inter illos motas componere conati sunt: Aderant ex Saxonibus Præconibus Mathias Hoe, Polycarpus Leyserus, & Henricus Hoepfnerus. Ex Calvinistis Joannes Bergius, Joannes Crocius, & Theophilus Neuberger. Hi omnes uno ore declarabant, quod nequaquam supremæ Principum in sacra potestati nec aliis Theologis præjudicium